

Ill/me et R/me Domine

Fr.Joannes Orozco hispanus religiosus S/ti Benedicti orator Ill/mae D.V. humiliter exponit, quod ex eo tempore quod praelatus ejus habuit suspicionem falsam quod ipse orator fuisset causa ut ordinarius legionensis fecisset quamdam informationem contra unum religiosum viventem extra claustra licenciose et cum aliquo scandalo, incarceravit ipsum oratorem, excedendo valde in modo, quia cum juxta solitum debuisset incarcerare ipsum in proprio suo monasterio, habente magnum numerum religiosorum et chorum et capitulum et re-  
fectorium, loca omnino necessaria ad penas et penitentias pro emendatione culparum religiosorum: hoc spreto missit oratorem in quamdam granciam trium monachorum frigidissimam, ubi per mensem detinuit in carcere, ubi nunquam vidit aliquem religiosum senem et spiritualem qui eum consolaretur juxta expressissimam ordinationem Regulæ S.P.Benedicti; potius ordinavit, ut nullus loqueretur cum ipso, neque adhuc ipse qui portabat pransum, et de novo parabatur carcer obscurior et strictior in quadam cantina humida et frigidissima ad includendum praedictum oratorem; quod totum ita horruit et timuit simul cum austeritate praelati, ut orator crederet posse fugere absque peccato, et de facto fugit cum habitu peregrini ad pedes universalis pastoris, sed hoc via recta et non vagando. Quae omnia vere et simpliciter fuit confessus ad R/mum D.Cocinum petendo misericordiam et absolutionem a fugo supposito quod non deliquerit in alio nisi in ipsa ad quam habuit quasi urgentem occasionem et supposito quod Procurator generalis religionis existens in curia consensit. Quam absolutionem misericorditer ac liberaliter concessit praedictus R.D.Cocinus. Sed loquendo cum Generali ordinis ponit in brevi quamdam restrictionem (scilicet absolvas si tibi sic visum fuerit) quam restrictionem timet valde orator, quia fortassis Abbas pro defensione suae manifestae injustitiae extorquebit praedictum generalem.

/ Quare praedictus orator cum incredibili desiderio redeundi ad suam cellam et ad obedientiam totis suis viribus et humiliter supplicat ut dignetur Ill/ma D.V. Dei amore et animae oratoris salute intercedere cum praedicto R/mo Domino Cocino Penitentiario, ut tolleretur talis restrictiva dicta (si sic tibi vissum fuerit) vel si hoc non sufficit, cum S/mo Domino in quo debet esse clementia cum his qui sunt ita amaro animo et cum afflictis et pusillis praecipue his temporibus bellorum quando passim hi qui sunt extra monasteria inveniunt occasiones se detinendi et vagandi. In quo recipiet totale  
/0 le remedium per manus Ill/mae D.V. quam Deus conservet etc.

Ill/mo et R/mo Dno Card/li Bellarmino.

Pro quodam monacho hispano S/ti Benedicti.